



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Quanta aqua sit Calici immiscenda? parag. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

mo autem, & fermentato quatenus
sunt materia Coaferationis eg-
mus in alio Opusculo; a ideo u-
num, aut alterum quod, alibi lo-
cum nos obtinuit, hic dumta-
xat, erit à nobis breviter explican-
dum.

§. I.

*Quanta sit aqua in Calice im-
missenda.*

I Llud persæpe torquet Sacer-
dotes; ecquantam aqua
(quæ certe naturalis seu elemen-
taris esse debet) infundenda sit
Calici?

Ut omittam Concilium Tib-
riense quod fuit Provinciale, nec
approbatum, concedens duas
partes vini, & tertiam aquæ,
certe Concilium Florentinum,
quod

a In opusc. de expedienda commu-
nione c. 2. §. 9.

quod fuit universale, monet et se infundendam aquam modicissimam.

In Sacris Canonibus id determinatum non legimus solum *in c.* Perniciosus *da celebr.* Miss. reprehenduntur, qui plus de aqua ponunt in Calice, quam de Vino.

Sanctus Thomas *b semper* tutius esse, ait, parum de aqua apponere, ne solvatur species vini.

Suarez, *cum dixisset*, non posse certiorum regulam praescribi quā, ut aqua sit in modicissima quantitate, quia quaelibet gutta sensibilis sufficit, & talis non poterit corruptere vinum; concludit cum Durando, esse id arbitrio Sacerdotis relinquendum.

Coninch, *d* & Laymae *e* com-

munem

a Conc. Glor in decret Eug. IV. §. 3.
Autem Sacramentum b S. Thom. 3.
p. 74. ar incor. c Suar de Sacr.
disp. 45. sec. 3. d Coninch de Euch.
q. 74. art. 8 n. 140. e Laym. l. 5. n. 4.
6. 2. n. 9.

mūnem praxim esse ajunt , ut
eties , vel decies plus vini ponatur ,
quām aquæ ; non tamen scrupulo-
se agendum , quia modicus in al-
terutram partem excessus , non est
curandus .

Delugo ^a ait , quod si quidcavet
sexta pars aquæ ponatur , non vi-
detur habendus scrupulus , quia
non est credibile , vinum esse adeo
debile , ut tam modica aqua cor-
rumptatur .

2 Ex his sapienter dictis , puto
convenientem regulam tradi pos-
se , si res : etamus ad rationem radi-
calem , unde sit , quod modica
qua immisceri debeat . Ea autem
est , quam aliqui ex praedictis Do-
ctoribus attigerent , quia nimittum
non debet tanta vis aquæ apponi ,
ut vinum cīrumpi possit , seu (ut
abstrahamus à questionibz phi-
losophicis) ut non possit absolute
dicere , Hoc quod est in Calice , est vi-

^{num}
^a Delugo de Euchar . disp . 4 . sed . 2 .

num. Quando enim est magna aquæ quantitas in vino, non erit venum, quod humano modo absolute vinum appellatur, & quod ut materiam hujus Sacramenti Christus Dominus assumpsit.

3 Ex hac igitur ratione hæc regula conscienda est. Tantâ aquam infundi posse, quastra non sufficit ad corruptendum, seu ad distractendum viuum ab esse physico, vel certe ab esse moral (ut sic loquai) vini, ita scilicet, ut possit dici, *Hoc quod est in Calice, vinum absolute est.* Hactenus regula. Quoniam ergo si modica aqua infundatur, nullum periculum est hujus distractionis, ideo illa communiter consulitur: ceterum, cum difficile sit etiam incauto Sacerdoti (modo in terminis modicæ aquæ siftere velit) tantam infundere, ut ab ea possit, vel corrupta substantia vini, vel distracta absolute vini denominatio, jam vides quam facile, pusillanimes Sacerdotes, ex hac regola, invare possis.

Y

An